DE

BRUNONE I.

RCHIEPISCOPO COLONIENSI, LOTHARINGIAE DUCE

QUAESTIONES VII.

DISSERTATIO HISTORICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

GRYPHISWALDENSI

AD

UMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE II. MENSIS FEBRUARII ANNI H. S. LXVII.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

ERNESTUS MEYER

POMERANUS.

OPPONENTIBUS:

H. REICH, STUD. PHIL.
P. KOHLMANN, STUD. PHIL.
H. WESEMANN, STUD. PHIL.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS LANGE.

RUDOLFO USINGER P. P. O.

PRAECEPTORI CARISSIMO

D. D. D.

E. MEYER.

I.

um Otto I. rex anno 953 dimissa Moguntiaci obsidione ientem versus proficisceretur, ut seditionem in omnibus imrii partibus exardentem exstingueret, fortasse male agerer cum eo ejusque potestate, nisi in septentrionalibus et cidentalibus Germaniae regionibus duo viri constantia ac lelitate a partibus ejus stetissent, validisque manibus otus exortos compressissent: Hermannus, e gente Bilingom, in Saxonia et Bruno, regis frater, Coloniae archiepiscois duxque Lotharingiae, quorum ille princeps inter nobiles xonum mandatu regis ejus locum tenebat[1]), hic dux erat ae potestatis.

Iam a prima adolescentia ab Ottone, qui regnum adeps puerum undecim annorum ab Ultrajecto, ubi a Balderico iscopo institutus erat, in aulam regiam duxit, rei publicae rendae ratione ac prudentia imbutus, Bruno, qua erat inle atque ingenio, de quibus scriptores aequales, inprimis otgerus, qui vitam ejus descripsit, praedicant, mox fratri it summo auxilio ejusque in rei publicae gerendae ratione ipse et per alios multum valuit. Optimum eum esse meum de capella, in qua penitus restituta clerici nobiles imrii educatione doctrinaque instituebantur, et ita eum foedus perii cum ecclesia ictum firmius stabiliusque reddidisse, tis notum est. Cum is in aulam regiam venisset, hic no-

---

1) Cf. Steindorff, de ducatus qui Billingorum dicitur, in Saxonia origine progressu. dissert. Berol. 1863.

vus ac vividus, quem ipse excitavit qualemque tempora Con radi et Henrici non habuerunt, literarum cultus ortus est.

Ipse inter viros illustres, qui tunc in aulam regiam vo cabantur, eminet eruditione ac doctrina. Ibidem Ratheru Veronensis, Recemundus Elvirensis episcopi, Gunzo Nova rensis, grammaticus Italicus, Liutprandus, alii cum Brunon sermonibus mutuaque institutione literarum scientiam co luerunt. cf. Ruotg. c. 6.

Opinio vero eorum, qui Carolingorum scholam palatinai denuo a Brunone constitutam esse censent, argumentis con firmari non potest. Mirum quidem est, quod Giesebrech Geschichte der deutschen Kaiserzeit I, p. 328, et Voge Rather von Verona I, p. 161. 173, viri praestantissimi, alte ut videtur alteram viam ingressus, eandem statuunt sen tentiam et Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquelle p. 209, etsi cautior, eos secutus est. Tamen huic opinior repugnandum est, cum ne minime quidem fontibus confirme tur. Unus quidem locus primo adspectu pro schola palatin interpretandus videatur. Legitur in Vit. Joh. Gorz. c. 116 „Bruno, . . . sapientia et prudentia cum rerum publicarun tum omnium liberalium eruditione disciplinarum ita adprim eruditus, ut sui temporis omnes superaret et antiquos pen aequiperaret, cui insuper et Grecae lectionis multa accessera instructio, omnium tunc temporis publice ac privatim agen dorum communicator ac prudentissimus erat consultor, *eiqu imperalium data provintia litterarum.*“ Cum hoc loc dicatur de Brunonis eruditione, forsitan quis putet, illo „in periales litterae“ significari studia liberalia. Sed miru esset, si eruditus ille scriptor pro „schola imperiali“ dixiss „imperiales litterae“ kaiserliche Wissenschaften. Quam c rem non dubium esse potest, quin voluerit significare cape lam, ita ut illa possimus in nostram linguam transferre h modo: Brun war die Verwaltung der kaiserlichen Schreib reien gegeben. Cum nullus alius fons sententiam Gies brechtii et Vogelii confirmet, hi viri docti non nisi conjectu

: narratione Ruotgeri facta et quodam praejudicio, ad quod erba Ruotgeri accommodare facile fuit, ad illam sententiam erducti esse possunt.

Giesebrecht quidem de hac re num vere dixerit facile otest inquiri, cum his locis libro Ruotgeri solo usus sit.)uamquam autem in Ruotgeri capitibus, quae huc pertient[2]), ne commemoratur quidem schola palatina, nedum icitur Brunonem ipsum eam condidisse in eaque docuisse, d quod Ruotgerus sine dubio tradidisset memoriae, tamen iiesebrecht haec protulit: „Die Hofschule, von der man seit Karls des Grossen Zeit kaum etwas vernommen hatte, erffnete er auf's Neue, und zog tüchtige Lehrer an dieselbe... Brun lehrte selbst in der Hofschule und war ein vorzüglicher Lehrer; nie liess er die Ueberlegenheit seines Geistes einem Schüler durch Hochmuth spüren; mit gewinnender Freundichkeit und mildem Ernst fesselte er die Zöglinge an sich.“ Cum his verbis conferatur, quod Ruotgerus docuit cap. 8.: ‚latialem eloquentiam non in se solum set et in multis aliis olitam reddidit et inlustrem. Nullo autem hoc egit superilio, sed cum domestico lepore, tum urbana gravitate.“ Quibus verbis intelligitur, neque dici de discipulis neque de lumnis, sed describi Brunonis rationem cum aliis vivendi.

Sed etiam caussae e rebus ipsis haustae possunt afferri, ur non veresimile sit, palatinam scholam restitutam esse. Qui enim factum est, ut posterioribus temporibus nulla illius estigia inveniantur, cum tam gravis institutio, praesertim i, ut contenditur, floruerit, certa ipsius indicia non relinuere non potuerit? Nam ut hoc unum commemorem, quanum schola palatina Carolingorum effecerit, potest facillime ognosci ex hominum eruditione et cogitationibus, vel pluriaus saeculis postquam res publica ipsa perversa erat. Ejusnodi autem indicia non inveniuntur tempore Ottonum neque ostea, de qua re eo magis nobis admirandum esset, quo

---

2) Capp. 5—9.

magis est verisimile Ottones secundum et tertium, qua eran eruditione, tali institutioni fauturos fuisse. Praeterea si quaerimus, quo illa schola spectaverit et quamobrem condita sit, olim instituta erat ab imperatore literarum et studiorum liberalium amantissimo, qui doctrina et eruditione populorum Romanorum cognita, quanti aestimandae essent adeo intellexit, ut suos quoque populos earum participes facere cuperet: voluit enim homines illa schola institutos eruditionem per totum regnum propagare, quo consilio conditae sunt scholae monasteriorum. Similis autem caussa non fuit temporibus imperatorum Saxonicorum, cum non solum illae monasteriorum scholae quamquam deteriores factae tamen servatae essent, sed etiam novae prodiissent. Ita necesse non fuit, ut schola palatina iterum institueretur. Eam autem restitutam esse unius cujusdam artium studio, nemo contendet, qui scit, illis temporibus literas nondum, ut ita dicam in succum et sanguinem transiisse neque tractatas esse propter se ipsas, sed ut praeberent instrumentum ad intelligendos libros sacros. (Ruotg. c. 8: „bibliotecam suam circumduxit, ferens secum causam studii sui et instrumentum; causam in divinis, instrumentum in gentilibus libris“).

Denique potest quaeri, ubi illa schola instituta sit. An ibi, ubi aula regia fuit? Sed quis credat, scholam quoque illam, cum aula regia illo tempore non jam certo loco, ut olim Aquis, moraretur, per terras migrasse? Studiis quidem haec res non fuisset utilis. Si autem sumimus, illam scholam semper eodem loco fuisse, non jam differt a scholis monasteriorum. Cum autem postea sub Henrico III. ejusque successore Goslari scholam inveniamus, quae et speciem et nomen habeat palatinae, certe ejus rector ac magister non talis vir erat qualis Bruno, quem propter ipsum cancellarii munus aulam regiam in omnes regni partes sequi necesse erat.

His omnibus quae commemoravi permoto opinio eorum qui Brunonem scholae cuidam palatinae praefuisse censent

ıoad caussis ex fontibus petitis melius comprobari non pos-
t, rejicienda mihi videtur. Cum igitur dicatur de Brunonis
scipulis, referenda sunt haec verba ad eos viros, qui con-
ıetudine ac familiaritate, qua Coloniae cum ipso Brunone
uebantur, ejus sententias atque opiniones receperunt suas-
ue reddiderunt, ut Wigfridus episcopus Virdunensis, Goz-
nus Tullensis, Dietericus Mettensis, alii. cf. Sigeb. vit.
eod. I. c. 2. 7. Mon. SS. IV, 467: „Treviris aurigabat cur-
ım Dei Henricus, post eum Egbertus . . . Leucis praeerat
erardus, Virduni antistabat Wigfridus; qui quales fuerint
el hinc potest sciri, quia collegae fuerunt hujus nostri Deo-
erici, ex disciplina scilicet Brunonis incliti, cujus etiam ju-
icio ad gradum pontificatus meruerunt provehi.“

II.

Inde ab anno 953 invenimus Brunonem archiepiscopum
oloniensem, Wigfridi successorem. Cont. Reg. 953 („eodem
nno Wigfridus, Coloniensis ecclesiae archiepiscopus obiit;
ui Brun, frater regis, succedens“ etc.) et Flod. 953 („Wic-
edus Coloniensis antistes defungitur, et Bruno frater regis
ttonis, inibi pontifex ordinatur“) nil aliud quam eum sede
ancta Coloniensi honoratum esse commemorant. A Ruot-
ero c. 11 praeterea certiores fimus, eum ratione plane ca-
onica a Coloniae populo creatum esse, auctoribus magnati-
us totoque suadente clero. („plebs autem destituta pastore...
nicum unice optatum in domno Brunone sibi delegit sola-
um, secuta magnatum et totius cleri consilium.“) Hi
agnates sine dubio haud alii sunt, quam qui Conrado, duci
ienae gentis, sibi obtruso inimici, regem in Lotharingia
ontra illum bellantem adjuverunt.

Illam Brunonis electionem tanta unanimitate factam esse
arrat Ruotgerus, ut statui non posset, quis primus eum
ıffragio ornavisset. Ruotg. l. c.: „plebs . . . in ipsa con-
ısione nil anceps, nil varium molita“ etc. cap. 12: „con-
ɔirantibus omnibus et idem in Christo sentientibus.“ ibid.:

„patefacta post defletam destitutionem electionis unanim tate.“ (cf. locum infra laudatum). In ea electione eode Ruotgero auctore (cap. 11) clericus quidam nobilissimus, cu nomen erat Godofredo, si quidem obscura nostri scriptor verba recte intelligimus, eo omnibus praestitit, quod primu Brunonis electioni suffragatus est: „in ea primum election praeter ceteros Godefridus floruit episcopus; set si quis aliu voto praeiret, facile quispiam expediret.“ Num hic Godo fredus episcopus sit Spirensis, ut Byeus opinatus est, Pert dubitavit. Vogel, Rather I, 178 Ruotgerum errasse cense dicitque hunc Godofredum esse Godofredum ducem infr laudandum (p. 32 seqq.), quae opinio valde temeraria est. Gie sebrecht, Kaiserzeit I, 401, 3. Aufl. cautior *comitis* Godofre facit mentionem. Eundem vero post paucas paginas etiar nomine ducis appellat. Jam Ruotgeri verba c. 41: „Godefridu dux, quem ipse nutrivit“, quibus hunc Godofredum Brunon multis annis minorem fuisse demonstratur, illam sententiar labefactant. Nam Bruno ipse qui Ruotgero c. 42 auctor („cum imperator tricesimum regni sui, germanus ejus duo decimum pontificatus sui ageret annum, nondum nisi vi praelapsus aetatis quadragesimum, sanctam pentecosten si mul Coloniae celebrantes“) die pentecostali anni 965 (Ma 19) annum quadragesimum aetatis vix praelapsus, prior igitur anni 925 dimidio natus erat, archiepiscopus electus n canonica quidem aetate fuit. Giesebrecht quidem in not pag. 823 aliud conjicit, Ruotgerum ratus ita forsitan scrip sisse: „in ea primum electione praeter ceteros Godefridus sta tuit episcopum: Gotfried nannte bei der Wahlhandlung zuers Bruns Namen.“ Haec autem commutatio nimis arbitrari neque medetur difficultati, quae praecipue rei est, neque ve borum tollit obscuritatem. Illa verba in magnatem qui no clericus sit referri vix licet, cum eo tempore talem virum i episcopo eligendo primum votum dixisse non veresimile si Leibnitz, ann. imper. occid. II, 629 opinatur, eum fortass chorepiscopum fuisse. Invenimus quidem in compluribu

ocumentis Coloniensibus nomen clerici cujusdam Godofredi
ı nominibus testium subscriptis. (Lacomblet, Urkundenbuch
ir die Geschichte des Niederrheins I, 48. 52). Sed si illo
ıunere functus esset, certe muneris nomen appositum esset
omenque ipsum magis in initio esset scriptum. Itaque non
ossumus quin hunc Godofredum episcopum Spirensem, antea
ıonachum monasterii Weissenburgensis in Alsatia siti, esse
icamus, qui ab anno 950 (Ann. Weissenb.) usque ad annum
61 (Cont. Reg.) regnabat, quemque anno 952 Aug. 7 in synodo Augustana participem deliberationis atque confectionis
erum illic constitutarum invenimus. Mon. Legg. II, 27. cf.
Remling, Geschichte der Bischöfe von Speier I, 236—238.
Coloniam aut fortuito venerat, aut Otto rex ei mandaverat,
ut Coloniensibus quem eligerent nuntiaret.

Electionem ipsam inter Jul. 9, quo die secundum necrol.
Merseb. ap. Hoefer, Zeitschrift für Archivwissenschaft I, 107
Wigfridus mortuus est, factam esse oportet et Aug. 20, cujus
diei in documento quodam ab Ottone monasterio Oeren juxta
urbem Trevirorum constituto ap. Jaffé, diplom. quadr. 7 Bruno
„venerabilis archiepiscopus“ appellatur. Conjici vero potest,
eam jam medio mense Julio habitam esse, cum legati, qui de
ea regi Moguntiacum nuntiarent, nondum sepulto Wigfrido
Colonia abirent, ut Ruotgerus narrat cap. 12: „conspirantibus itaque omnibus et idem in Christo sentientibus, cum adhuc inhumatum et ad oculos positum secundum consuetudinem loci corpus bonae memoriae decessoris ejus aspicerent,
electi sunt a senatu sanctissimo quatuor summi viri et eodem
numero laici, omnes adprime eruditi, qui omnia haec perferrent ad palatium“ etc. Otto, quem illum nuntium ante
Moguntiacum, quod tunc in obsidione tenebatur, accepisse
oportet, in id quod ipse optarat consentire non cunctatus est,
et Bruno statim cum legatis redeuntibus Coloniam festinavit.
Ruotg. l. c.: „complacuit imperatoriae auctoritati, sic et tempori et loco consulere, ut petitum tanta constantia visitatorem
festinanter ad destituti gregis custodiam mitteret“ etc.

III.

Sed non eodem tempore Bruno, quo archiepiscopatum Coloniensem, etiam Lotharingiae ducatum accepit, quod errore ductus confirmat Cont. Reg.: „totius Lothariensis regni ducatum et regimen cum episcopatu suscepit.“ Nam id fieri non potuit, quod Conradus etiam illo tempore dux fuit. Nil mirum si tempus quaerimus, quo Otto huic Lotharingiae ducatum derogaverit, forsitan quis putet hoc factum esse in conventu illo principum Fritzlariensi, qui Junio mense anni 953 habitus est. Giesebrecht, Kaiserzeit I, 395. Tum autem mirum esset, quod Widukindus hanc rem non commemoravit, cum, quomodo in Fridericum archiepiscopum Moguntiensem et in illos Thuringiae comites actum sit, plane expressisque verbis doceat. Doenniges, Jahrbücher I, 3, 20 eo tempore illud factum esse censet, quo Otto iterum Coloniae fuit, id est mense Majo vel ineunte Junio, atque adeo ante illum conventum Fritzlariensem. Hoc quidem tempore Conradus a rege jam defecerat, sed non veresimile est, Ottonem in filium statim usum esse tanta severitate, praesertim cum postea quoque illum in filios semper quam maximam clementiam adhibuisse videamus. Equidem ab Ottone demum post Moguntiae obsidionem, cum jam in dextram Rheni ripam rediisset, Conrado ducatum derogatum esse censeo, quae sententia confirmatur documento quantum scio adhuc neglecto ap. Beyer, mittelrheinisches Urkundenbuch I, 256 seq. d. d. 30. Aug. 953 St. 229: Hic Otto „interventu et rogatu germani nostri archiepiscopi et *Conradi ducis*,“ cum abbatia St. Maximini in Rotbertum archiepiscopum Trevirensem libertatis servandae caussa actionem intendisset, secundum monasterium judicat idque *auctore* Conrado: „*fideli nostro duce* Conrado affirmante.“ Otto igitur etiam Aug. 30 Conradum ducem Lotharingiae agnovit, quo tempore obsidio quoque Moguntiae jam finita fuisse videtur. Quod autem paullo post Bruno ducatu afficitur, hujus rei caussa invenitur in periculis Ottonis

imicitiisque a Conrado denuo susceptis. Rite ac sollemni-r, quantum ex fontibus nostris percipimus, Conradus a du-tu remotus esse non videtur, cum Cont. Reg. etiam a. 954 icem Conradum commemoret.

Ita Cont. Reg., qui Brunonem una cum archiepiscopatu icatum accepisse narrat, errasse mihi constare videtur. e ceteris quidem ejusdem aetatis fontibus tempus, quo Otto atri civilem potestatem tradiderit, potest satis cognosci. lod. 953: „cui rex Otto regnum Lothariense committit;" Wid. I, 31: „quem pontificis summi ac ducis magni vidi-us officium gerentem." Ruotgeri solius verbis cap. 20: obsidionem Magontiae, accepto tandem quod petebatur cto, dimisit; e castris orientem versus cum his, quos fidos abuit, consultum partibus illis, festine proficisci disposuit, atrem suum Brunonem occidenti tutorem et provisorem, et ita dicam archiducem, in tam periculoso tempore misit," ossumus conjicere, Ottonem, cum dimissa Moguntiae obsidione Bavariam proficisci coactus esset, fratri ducatum man-asse, hoc est ineunte mense Septembri.

Qualis autem fuit hic Brunonis ducatus? utrum fuit nil isi potestas regis vicaria, qualem initio ille e gente Bilingo-um Hermannus habuit in Saxonia? an libera atque absoluta, uali priores terrae duces, ut Giselbertus et Ragenarius, si erant? Ad hanc quaestionem solvendam necesse est con-deremus 1) qualem scriptores ejusdem aetatis posteriores-ue Brunoni dignitatem attribuant; 2) qualia ab illo, dum otestatem tenuit, facta sint.

1) In locis scriptorum aequalium quos supra commemo-avi, et quibus Flod. 957: „Brunonem, ex praesule ducem" ddendus est, Bruno nominatur dux, id est eodem titulo affi-tur, qui est summi terrae principis. Immo Ruotgerus eum rchiducem nominat, sed is quidem sine dubio eo consilio, t titulus „archiducis" respondeat titulo „archiepiscopo." osteri quoque omnes illud idem nomen ei tribuunt. cf. in-rimis: Rich. I, 3. 18. Folc. gest. abb. Lob. 27. Mon. SS. IV, 64.

Thietm. II, 15. Sigeb. vit. Deoder. I. 7. Mon. SS. IV, 46
chron. 959. Transl. S. Evergisli. Mon. SS. IV, 279. Othlo
vit. S. Wolfk. ep. 9. Mon. SS. IV, 529. Dudo hist. Norma
Mon. SS. IV, 105. Vit. Gerard. Bronon. abb. Mon. SS. IV, 6
not. 71. Anselm. gest. episc. Leod. 24. Mon. SS. VII, 20
Gest. episc. Camerac. I, 85. Mon. SS. VII, 432. alii. Qu
autem hoc titulo significetur, cognoscimus ea re, quod Wi
et Ruotger Brunonem de accepta potestate civili defendu
confirmantes hoc non semel factum esse. Wid. I, 31: „n
quis eum culpabilem super hoc dixerit, cum Samuhele
sanctum et alios plures sacerdotes pariter legamus et jud
ces.“ Ruotg. c. 20. 22. seq: „suscepit tractare negotia reg
apud Lotharios . . . Causantur forte aliqui divinae dispensa
tionis ignari, quare episcopus rem populi et pericula bel
tractaverit, cum animarum tantummodo curam susceperit . .
nec vero nova fuit hujus mundi gubernatio sanctae Dei eccl
siae rectoribus antea inusitata.“ Posteriores quoque arch
episcopi Colonienses ducatum Guestphaliae sibi vindicant e
Brunonis dignitate. Vit. Brun. alt. 12: „sancitum est, ut d
victi ducis monarchia praesuli Coloniensi suisque successoribu
usu et jure cedat perpetuo, et ut praesules sic et duces no
minentur, sic et sint.“ Cf. de hac re inpr. Ficker, Engelbe
der Heilige p. 224 seq. et locos ibi laudatos; Ennen, G
schichte der Stadt Köln I, 246 seqq.

2) Quaeramus nunc qualis fuerit hic ducatus. Primum Brun
praeest toti provinciae suae rei militari, ut Lotharingios a
signa convocet iisque praefectus ad bellum proficiscatur, quo
fecit in Conradum a. 954 Cont. Reg. 954: „Chuonradus du
cum Lothariensibus duce Brun archiepiscopo . . congressur
erat;“ in Ragenarium a. 957. Flod. 957: „bellorum tumult
agitantur inter Brunonem, ex praesule ducem, et Ragenariu
comitem ceterosque Lotharienses;“ in Franciam a. 958,
discordias inter nepotes suos, Lotharium regem et filios Hug
nis ducis, ortas componeret. Flod. 958: „Bruno Colonien
archiepiscopus cum exercitu Lothariensium per Franciam pr

iscitur in Burgundiam, locuturus cum sororibus ac nepotibus is;" in Immonem et Rotbertum comitem Trecensem. cf. od. 960.

Sed convocat nobiles non solum ad bellum gerendum, d etiam ad conventus habendos, ut saluti publicae prospiıtur et jus dicatur. Ita eum, simulatque dux factus esset, nventum habuisse memoriae traditum est, ad magnatum et vilium et clericorum fidem accipiendam pacemque publicam rvandam. (Ibidem decretum est, ut Ratherius Verona exılsus sede vacua Leodiensi donaretur). Ruotg. 21: „Mox l Aquas Grani palatii properavit. Ibi principes regni, ıorum id intererat, convenit, eos variis multisque modis struxit, atque hoc cum eis potissimum egit, ne seductoribus vanis eorum promissis crederent, ne minas metuerent, regiae ajestati et suae ipsorum fidei pollicitationes nullas praeınerent; spondens se ante tempus et in tempore semper patum fore, ut pacem ecclesiae violatam, si sic necesse esset, tae etiam suae periculo reformaret." Rath. phren. 1. (opp. ld. Ballerini 218): „electus coram Brunone ad Aquas, quod citur Grani palatium, non solum ab his, quorum intererat ecialius, sed et ab *episcopis*, *abbatibus*, *comitibus*, *totiusıe regni primoribus* quarta solemnis jejunii septimi mensis ria" (i. e. Sept. 21. cf. Du Cange, gloss. med. et inf. latin. . Henschel IV, 754 s. v. „jejunium quatuor temporum." eler, Chronologie 326 seq.) Illi conventus Coloniae a. 956 ont. Reg. Flod. 956) et a. 958 (Cont. Reg. 958. Ruotg. 36) biti nobis nullius momenti sunt, cum iis rex interesset. d Gest. episc. Camerac. I, 86. Mon. SS. VII, 432 alium nventum a Brunone convocatum commemorant: „siquidem tempore (i. e. cum Engrannus episcopus Cameracensis ctus esset, occiso Berengario a. 962 vel 963) Bruno dux ve archiepiscopus conventum generalem cum multis prinpibus et episcopis apud quandam villam, cujus nomen non bvenit, habuisse dicitur, in qua de pace et religione sanctae ei ecclesiae statuque regni salubriter et competenter trac-

tatum est.“ Bethmann not. ad h. l. censet, hanc villam Com-pendium fuisse, respiciens ad Flod. 959. Hic quidem com-memorat, Brunonem illo anno fuisse Compendii, sed non dicit, eum hic nobilium conventum habuisse. Neque annu consentiret cum tempore, quod indicant Gest. episc. Camerac. quibus illum conventum non prius quam ineunte sext saeculi decennio factum esse docemur. Hic potius conventu Coloniae a. 964 habitus esse videatur. cf. Ann. Hirsaug. 964 „Bruno dux et archiepiscopus Coloniensis, synodum Coloniae provincialem celebrans, omnes episcopos et abbates de tot archiepiscopatu suo convocavit et multa in eodem consili *ad utilitatem communem* constituit.“ Hoc quidem loco tan-tum de clericis dicitur.

Porro plane indefinita est Brunonis potestas in instituen-dis atque administrandis domesticis rebus. Ipse bonis a fidelibus viris cum alia munera, tum maxime comitatu attribuit, et suam cuique provinciam atque officia constitui et ut imperiis suis pareatur curat. Ruotg. 37: „quaesivit in-terea summa diligentia pius pastor Bruno . . . navos et indu-strios viros, qui rem publicam suo quisque loco fide et viri-bus tuerentur. Hic ut neque consilium, neque copiae deessen sedulo curavit;“ cap. 22: „et cum unicuique de principibu ac magistratibus suum partiretur onus, unicuique sibi con-gruum imperaret opus, nihil tamen erat, quod non ips obiret.“ Ejus est, communi securitati salutique provincia prospicere, praecipue mercatores in itineribus a praedonibu defendere. Wid. II, 36: „quem cum rex praefecisset gen indomitae Lothariorum, regionem a latronibus purgavit, in tantum disciplina legali instruxit, ut summa ratio summa que pax illis in partibus locum tenerent.“ Suo arbitrio pun eos, qui violaverunt pacem publicam et qui seditionem fec-runt, cujus rei exemplum habemus in Ragenario Hennegavia potenti comite, quem post diuturnam pugnam coactum dedere teneri, et cum obsides recusaret, ad orientales reg fines in exilium duci ejusque bona publicata Richario tra

Bruno jussit. Flod. 957: „quia quaesitos dare noluit obsides, eum Bruno comprehendens, sub custodia secum deduxit, nec multo post trans Rhenum in exilium misit.“ Cont. Reg. 958: „eodem anno factione Brun archiepiscopi Reginherus comes comprehenditur et in Sclavos exul mittitur.“ Gest. episc. Camerac. I, 95. Mon. SS. VII, 439: „terram suam (Ragenarii) primum Richario nobili viro ... contulit, filiosque ejus a patriis finibus pro iisdem insolentiis eliminavit.“

Videmus igitur absolutam fuisse potestatem Brunonis cum ducatu conjunctam. Est plena potestas, si verbo uti licet aliis Germanorum gentibus aliud significante, ducis. Ipse non solum toti rei militari praeest et exercitui praefectus ad bellum proficiscitur, sed etiam sua voluntate res publicas administrat, jurisdictioni prospicit curatque Lotharingiae securitatem ac salutem. Nobiles ejus auctoritati plane subjecti sunt et obsequentiam debent; ille potuit iis imperare, ut arces quas invito eo aedificaverant, delerent, et certa officia postulare. Ita a. 959, ut narrat Flodoard, seditionis Immonis participes fuerunt multi rerum novarum studiosi „propter oppida quaedam ipsorum novitia quae idem dux everti praecipiebat, aliaque onera ipsis insueta, quae illis imponere velle ferebatur.“

Documenta, quae commemoravi, ostendunt, Brunonem per duodecim annos quos regnavit (953—965) semper eandem potestatem habuisse et Pielerum (Bruno I., Erzbischof von Coeln. progr. gymnas. Arnsberg. 1854. p. 14.) errasse, si contendit potentiam civilem Brunoni e nulla alia re nisi e difficultate rerum praesentium traditam esse. Quam opinionem eo confirmare Pieler studet, quod dicit, primo periculo depulso statim tempore Brunonis iterum duces Lotharingiae inferioris et superioris nominatos esse. Sed hanc caussam ipse refellit pag. 25. dicens, illos duces a Brunone ipso esse nominatos. Nam hoc, si re vera factum esset, Bruno facere non potuisset, si ejus potentia fuisset ad tempus.

IV.

Cum duobus autem viris de ducatu ei pugnandum erat, primum, simulatque illum suscepit, cum Conrado, qui ducatu spoliatus erat, et postea cum comitibus Hainnoensibus, qui orti erant a veteribus gentis ducibus, Giselberto et Ragenario.

Conradus enim cum post Moguntiae obsidionem in Lotharingiam se convertisset, bellum suscepit; primum contra Mettim. Cur hanc urbem primam aggressus sit, facile apparet ex verbis illis Cont. Reg. 953: „Mettensem episcopum, in quo maxima spes et fiducia Liutolfo et Chuonrado esse videbatur." Antea igitur Adalbertum episcopum potentissimum, nobilissimo loco natum (fratrem habuit Fridericum ducem, comitem de Bar. Vit. Adalb. II. 1. Flod. 951. 954) maximo sibi adjumento fore videtur speravisse. Hic autem cum adversariis ejus se conjunxerat.

Tum Conradus Mettim urbem, qua per dolum potitus est, deripuit et vastavit, et in Coloniam aliaque loca exercitum ducere coepit. Flod 953: „Mettensem appetit urbem, quam mox furtiva pervadit irruptione . . . (et) post non modicam ipsius depraedationem, hortatu, ceu fertur, Agenoldi abbatis, reliquit." Ruotg. 24: „ita ut Mettim, urbem opulentissimam, dolo invaderet, ipsi Coloniae et ceteris regni munitionibus suspectum se faceret." Flod. l. c. Conradum tradit magna praeda capta mox e Metti se recepisse; qua de caussa hoc factum sit, in ambiguo relinquitur; ab Eginaldo Gorziensi abbate commotus esse dicebatur. Maxima autem caussa, cur illam urbem sua sponte relinqueret, haec fuisse videtur, quod certior factus erat, Brunonem appropinquare, quem a. 953 exeunte aut a. 954 ineunte advenisse certum est. Sed quamquam Conradus in Blesensi pago ad superiorem Saar fluminis ripam, prope Mettim, si orientem spectas, apud vicum Remeling („oestlich von Saargmünd, südlich von Bliescastel" Pertz.) cum adversario congressus est, tamen non jam proelio est decertatum. Cont. Reg. 954: „in eodem

anno Chuonradus dux cum Lothariensibus duce Brun archiepiscopo in Blesensi pago apud villam Rimilinga, congressurus erat; sed in ultimo, quia contra regem erat Deo volente ne fieret, remanebat." Quo in uno fonte haec res commemoratur. Ruotger eandem in animo habuisse videtur (quod etiam ipso contextu confirmatur), cum scriberet cap. 25: „pepercit autem in omnibus sacerdoti suo et pio provisori populi sui misericors et miserator Dominus, et ita omnia ordinavit, ut *absque bello et humana pernicie* maxima saepe pericula sedarentur." Quod proelium illud non factum est, habet aliquid miri. Sed nobis Conradum aut se recepisse aut bellum gerere desiisse suspicandum est: Ruotg. enim illum viribus jam deficientibus nihil jam aperte in Brunonem molitum esse narrat cap. 24: „contra eum dura quaeque *fraudulenter, quia vires defecerant*, temptavit."

Qua re factum est, ut cum ipse Brunoni et Ragenario Hainnoensi, quos inter omnes maxime detestatus erat, non jam nocere posset, cum Hungaris foedus faceret. Ruotg. 24: „in hac (Hungarorum) acie Cuono, qui prius dux erat egregius, cum suis sequacibus militavit." Unde hausit Folc. gest. abb. Lob. 25. — Flod 954: „praememoratus Conradus, pacto cum Hungaris inito, eos per regnum Lothariense deducit, usque in terram Ragenarii scilicet, aemuli sui atque Brunonis episcopi." Hoc autem foedus non longum per tempus sibi servandum esse putavit. Folc. l. c..: „sed ubi Trajectum ventum est, quam Mosa alluit, incertum qua de causa, ab eis descivit." Cum ex eodem fonte constet, Hungaros ab Ultrajecto per pagum Hasbanium in silvam Carbonariam et in Hennegaviam progressos Apr. 2. (Folc. l. c.: „4 non. Apr.") ante monasterium Lobiense in Carbonaria silva fuisse, Conradum fine Martii mensis necesse est se recepisse. Qua ex re etiam apparet, illum ad villam Remeling, quam rem supra dixi, cum Brunone congressum esse tribus primis a. 954 mensibus. (De contraria mihi opinione Vogelii, Rather I, 190 seqq. infra dicam). Conradus autem ab Hungarorum societate prop-

terea discessisse videtur, quod turpius habuit, cum praedonibus conjunctum agros devastare, praesertim cum ne ita quidem aliquid se proficere, sed animos etiam amicorum prorsus a se abalienare intelligeret. Quo factum est, ut non solum resistere non auderet, sed etiam consilio plane mutato non dubitaret, in Bavariam profectus in conventu, qui Cinnae (hodie Langen-Zenn) Iun. 15 a. 954 habitus est, cum rege socero in gratiam redire. cf. Wid. III, 31. 33. Ducatus recuperandi spes prorsus ei abjicienda fuit, praedia autem retinebat („praedio contentus"); cont. Reg. 954: qui, ni fallor, anno exeunte illud factum esse putasse videtur: „Chuonradus omnium quas habuit divitiarum nudus, omisso ducatu, in gratiam regis intromittitur, vita et patria et praedio contentus." Ex quo tempore Conradus semper summa cum fide stetit a partibus regis.

Hanc rem ita se habere, negavit Vogel, Rather I, 190 seqq., qui Brunonis et Conradi copias proximo anno 955 congressas esse contendit. (pag. 18). Sed ad hanc opinionem mihi videtur vocatus esse, quod verba ejus quo usus est fontis non recte intellexit. Nam primum non est veresimile, Conradum, postquam in gratiam rediit, iterum seditionem suscepisse; cum anno 954 exeunte regis jussu Geronem marchionem auxiliis adjuvaret. Wid. III, 42: „eo anno Slavi, qui dicuntur Uchri, a Girone cum magna gloria devicti, cum ei praesidio esset dux Conradus a rege missus." Eum jam Aug. mense a. 955 fortiter contra Hungaros pugnantem occisum esse constat. Tum ipso Ratheri loco, quem Vogel sibi fontem fecit, prorsus nihil est, quo ejus sententia probetur. Ratherius enim narrat phren. 1. (opp. 219), se expulsum esse, sed Brunonem non vehementer postulasse, ut restitueretur, veritum ne comites Flandrenses (qui episcopatu Leodiensi unum ex suis donare studebant) cum Conrado sese conjungerent, „qui tunc contra ipsum agebat," vel potius *ut verius confirmaretur*, quod in Ratherii amicis nil erat auxilii: „expulsus . . . neglecta timiditate jam dicti regis germani, ne scilicet jam fati comites a rege ad Conradum, qui tunc (intelligit

tempus expulsionis) contra ipsum agebat, deficerent, sibique cum eo inimicarentur; — vel — quo verius ipsius asserunt defensores — assistendo quia nullum habere potuit idem archiepiscopus, ut inhiaverat, ex episcopi amicis, vel militibus adjutorem.“ Quo ex loco apparet, eum expulsum esse neglecto metu Brunonis, ne comites, qui eum expulerant quique ad hoc tempus contra Conradum Brunonis partes defenderant, ad Conradum deficerent, id est, si recte judico: nil illos curasse, num Brunoni suspecti fierent. Ex illis verbis nihil potest concludi nisi Conradum, quo tempore Ratherus expulsus est, in Brunonem inimice se gessisse („qui tunc contra ipsum agebat.“) Nihil autem impedit, quominus Ratherium Leodio jam primo a. 954 dimidio expulsum esse censeamus. Locus, de quo agitur, legitur Ruotg. 38: „erratum est, saevitum est, nec cessatum est, donec *expulsione ejus* crudelitati suae et nequitiae satisfacerent. *Ablata est omnis spes restitutionis ejus;* conspiratio *enim* gravissima facta est“ etc. Folc. gest. abb. Lob. 23, qui hoc loco e Ruotgeri libro hausit, addit: „nam cum apud nos (id est in Lobiensi monasterio cujus Folcuin erat abbas) nativitatem Domini festive et opipare celebraret, facta est in Leodio contra eum gravissima conspiratio“ etc. E quibus verbis conjici potest, Ratherum expulsum restitui propterea non potuisse, quod nativitate Christi a. 954 conspiratio eo consilio conflata est, ut illius per Brunonem restitutionem impedirent. Quare ante hunc conspirationem illum necesse est jam expulsum fuisse; atque hoc, quod Ruotger et Folcuin, qui nihil videtur in fonte suo invenisse quod mutandum esse censeret, Ratheri expulsionem praemittunt conspirationi, quae restitutionem prohibebat, id est, quod conspirationem non expulsio sed tantum desperatio restitutionis secuta est, — hoc Vogel prorsus neglexit. Itaque veresimillimum est, Ratherum jam initio a. 954 eo ipso tempore, quo Conradus arma in Brunonem ferre coeperat, expulsum esse et suo jure scripsisse: „qui tunc (id est cum expellerer) contra ipsum

(Brunonem) agebat,“ quae verba probant potius chronologiam Continuatoris Reg., quam refellunt.

Etiam Giesebrechtum, Kaiserzeit 824 illud quod modo commemoravi, fugisse videtur, quod ille alio auxilio utitur in Vogelium. Nam illam conspirationem nativitate Christi a. 953 factam esse dicit, quod falsum est, cum contextu apud Ruotgerum et Folcuinum, et Ratheri ipsius scriptis appareat, illa conspiratione facta paullo post legitimo honore eum spoliatum et in ejus locum suffectum esse Baldericum, quod evenit a. 955. Ann. Leod. Laub.

V.

Sed majoribus viribus, quam Conradus Brunoni Ragenarius se opposuit. Jam antea enim Bruno comitum Hainnoensium superbiam et arrogantiam senserat, qui elati sua potentia quam plurima suo arbitrio fieri voluerunt neque ulli quidquam sui juris concesserunt. Quia tum Bruno non tantum potentiae habuit, ut illorum incepta impedire posset, Ratherum e dignitate ejecerant unumque ex suis in ejus locum suffecerant. Neque mirum est eos, qui a Ragenario I et a Giselberto orti erant, Brunonis maximo odio accensos esse, cum illum ducatum, quem suum habebant, usurpasse viderent. Quod in Conradum tamen a Brunonis partibus steterant, hoc nulla alia caussa factum erat, quam quod in hac re utrorumque utilitates eaedem fuerant. Sed Conrado dejecto vera studia non jam occultanda esse censebant: quae primum in iis, quae supra diximus, patefacta sunt.

Princeps familiae tunc erat Ragenarius, frater ejus, qui antea ducatum habuerat, Giselberti. Flod. 924: „Ragenarii, fratris ipsius Gisleberti;“ ibid: „Gislebertum et Ragenarium, fratrem ejus.“ Aliquantum quidem temporis dissenserat a fratre, sed a. 928 in gratiam ejus redierat. Flod. 928. Enumeratur in ceteris Lotharingiae nobilibus in documento quodam Ottonis d. d. 1. Jun. 949 pro Prumiensi abbatia dato ap. Beyer I, 250. Stumpf 176. In vit. Gerard. Bronon. abb. Act. Sanct. Oct. II, 315 (hic locus invenitur etiam Mon. SS. IV,

69. not. 71) dicitur „Raginerus, comes Hainnoensium.“ cf. Sigeb. Gembl. chron. 953. 959. Mon. SS. VI, 350: „Raginerum Montensem comitem.“ Rich. III, 8: „oppidum praedicti Rageneri, quod dicitur Mons — castrati — loci.“ Montem caput Hennegaviae esse notum est. Ragenarius est filius illius ducis Ragenarii I, cujus prima vestigia anno 898 Zventiboldo regnante inveniuntur, Reg. 898; et fortasse pronepos Lotharii I. cf. Dümmler, Geschichte des ostfränkischen Reichs I, 409. cf. 464. Maxima ejus potentia continetur pago Hasbanio et pago Hainnoensi. cf. Wittich, Entstehung des Herzogthums Lothringen. p. 33 seq. A patre accepit cognomen Longicolli. Vit. Gerard. Bronon. abb. l. c.: „cognomento Longicollus.“ Sigeb. Gembl. chron. 959: „qui Longicollus cognominabatur.“ Quomodo se gesserit et qualia ejus facta fuerint sub Brunone, intelligitur ex Folc. gest. abb. Lob. (inpr. cap. 26), Thietm., Sigeb. Gembl., Gest. episc. Camerac., Vit. Gerard. Bronon. abb. Incuriosus enim, quasi praeter se nemo esset, cujus auctoritas sibi respicienda esset, usus est inaudita libidine et crudelitate in illis partibus Lotharingiae, ut non vereretur templa Dei caede inquinare et sanctissima monasteriorum jura laedere. Ita summam operam dedit, ut quomodo Leodio nepotem episcopum, in monasterio Lobiensi Erluinum, monachum Gemblacensem, abbatem faceret. Quare monachi, praesertim cum novus abbas maxima severitate et crudelitate uteretur, in tantum furorem venerunt, ut eum ante portas tractum oculis privarent et Gemblacum remitterent. Quo ex tempore Ragenarium etiam majorem crudelitatem adhibuisse tradit Folc. 26: „Raginerus tyrannidem multiplicat; pauperes premit, et res ecclesiarum non Dei sed suas facit.“

Sed paullo post eo progressus est, ut domesticis Galliae, cujus ipsos fines attinge bat, tumultibus sibi apam occasionem praeberi putaret suae potestatis finium ongius proferendorum (956). Mox igitur non solum militi cuidam ecclesiae Remensis arcem, quae ad Charum flumen sita erat, eripuit,

sed etiam Gerbergae praedia et possessiones, quas in Belgica sitas dotem a Giselberto duce illa olim acceperat, occupavit. Rich. III, 6: „aedes regias et praedia regalia Gerbergae reginae, quae in Belgica erant, tirannica temeritate pervadit.“ Flod. 956: „possessiones quas illi quondam Gislebertus dux dotis nomine dederat.“ Sed haec omnia paullo post amisit, cum ex illa ad Charum flumen sita arce a Lothario rege expelleretur, Flod. 956: „Lotharius rex munitionem quandam super Charum fluvium, quam Ragenarius comes Ursioni cuidam Remensis ecclesiae militi abstulerat, pugnando recepit;“ et Gerbergae praedia, conjuge et liberis Monte in oppido suo captis, reddere cogeretur. Plene haec res narratur a Rich. III, 6–10. Flod. 956 quamquam illos in castello eodem ad Charum sito captos esse dicit neque narrat quidquam de expeditione in Hennegaviam facta, tamen de hac re Richero magis credendum est, qui, cum pater particeps fuisset, hanc rem pluribus verbis ac verius persequi potuit.

Rudolfus enim, Richeri pater, qui Ludovici Ultramarini miles fuerat constanterque uxoris partes sequebatur, postquam cum parvo electorum agmine in Hennegaviam invasit, dolo in Montem oppidum ingressus non solum familia comitis potitus erat, sed etiam praesidium ceperat ipsumque locum incenderat. Quo factum est, ut ne Ragenarius quidem, superbus ille, resistere posset, sed superbia exuta Brunonem de intercessione adire cogeretur. Qui effecit, ut ille et Gerberga convenirent et pollicerentur se ea quae eripuerant die constituta reddituros esse. Rich. III, 10: „Ragenerus tanta necessitate ductus, Brunonem fratrem reginae postulat, ut mature colloquium quo jubeat regina constituatur, ubi ipse uxorem et natos recipiat, et regina aedes et praedia resumat. Quod etiam statuto tempore factum est.“ Flod. 956: „Gerberga regina colloquium habuit cum Brunone fratre suo, ubi Ragenario sui milites et infantes redduntur; reginae vero possessiones, quas illi quondam Gislebertus dux dotis nomine dederat, restituuntur.“

Quod ita primum Ragenarius Brunonis auctoritate cedere
tus esset, semper in memoria tenuit: ut jam proximo
957, postquam multos novarum rerum cupidos Lotha-
iae nobiles sibi adjunxit, bellum susciperet. Flod. 957:
lorum tumultus agitantur inter Brunonem ex praesule du-
, et Ragenarium comitem ceterosque Lotharienses." Diu
r utrumque ancipite fortuna pugnatum est. Bruno erat in
o Cameracensi, cum subito Lotharius rex, nepos ejus,
matre et amita, quae Hugonis conjux fuerat, adiit; quod
onsilio eum fecisse veresimile est, ut auxilium et inter-
ionem peteret. Neque sine exercitu Lotharius venisse
tur: nam putare possumus, Ragenarium subito resistere
isse nulla alia re nisi quod et veritus est, ne duplici im-
opprimeretur, et posteriore tempore aptiorem occasio-
sibi futuram esse. Ita ad Brunonem venit pacem petitu-
Flod 957: „Lotharius rex cum matre et amita sua,
ta Hugonis, obviam pergit in pagum Cameracensem
culo suo Brunoni. Videns vero Ragenarius, non posse
enienti resistere multitudini, ad Brunonem venit." Quo
convenerint, indicat Folc. 26: „pro quibus omnibus a
no Brunone vere pacifico apud Sanctum Salvium evoca-
etc.; certius indicium addit Sigeb. Gembl. chron. 959.
. SS. VI, 350: „apud Valentianas" (hodie St. Sauve apud
nciennes). Bruno autem cum non ignoraret pacem secu-
non posse fieri, quia nihil illum prohibuisset, quominus
sione data eam violaret, in hac re clementiam, qua uti
bat maxima, prorsus abjecit et illum gravissimis poenis
iendum esse censuit: qua re Ragenarium hominem fuisse
culosissimum demonstratur. Bruno postquam illo jam po-
est, in potestate sua retinuit: Ragenarius enim cum obsi-
postulatos se daturum negaret, ad orientes regni fines
xilium deportatus est: ubi post breve tempus mortuus
Flod. 957: „et quia quaesitos dare noluit obsides, eum
o comprehendens, sub custodia secum deduxit; nec
o post trans Rhenum in exilium misit." Cont. Reg. 958:

„eodem anno factione Brun archiepiscopi Reginherus com comprehenditur, et in Sclavos exul mittitur.“ Folc. gest. al Lob. 26: „pro quibus omnibus... evocatus, confessus, laesae regiae majestatis convictus reus, proscriptus est perpetuo exilio deportatus.“ Thietm. VII, 32: „ad Boemia in exilium missus ibidem moritur.“ Sigeb. Gembl. chro 959. Mon. SS. VI, 350. Gest. abb. Gembl. 18. Mon. SS. VI 532. Vit. Gerard. Bronon. abb. Mon. SS. IV, 69. not. 7 Gest. episc. Camerac. I, 95. Mon. SS. VII, 439. Leibnitz ann. imp. III, 22, qui Ragenarium in Giebecenstein missu esse auspicatur, id quidem concedendum est, comitem ce non ad eos Slavos missum esse, qui trans Albim sedes h bebant, cum ad hos patriae hostes confugere solere Eadem de caussa Thietmar videtur „ad Boemiam“ scripsiss conjecturam non improbabilem proferens. Giebecenst autem illo tempore crebro carcere publico usi sunt. cf. A Hildesh. 1003. Thietm. VI, 2. VII, 1.

Filii quoque comitis, Ragenarius et Lantbertus, patr possessionibus spoliati in Francogalliam confugerunt eoru que praedia Richarius accepit. Gest. episc. Camerac. I. „terram suam primum Richario nobili viro . . . contul filiosque ejus a patriis finibus pro eisdem insolentiis elimi vit.“ Demum multo post quam Bruno mortuus est, a. 9 Ragenarius et Lantbertus patris possessiones recupera studuerunt.

Quod biographus et omnes has pugnas, et eas, quae a tea contra Conradum, et eas, quae postea contra Immone et in Gallia gestae sunt, omisit, eo consilio illum fecis puto, ne gladio usus esse archiepiscopus videretur. cf. cap. (loco pag. 19 commemorato).

VI.

His suppliciis cum Hainnoensium comitum potentia pr sus fracta atque exstincta esset, Bruno liberatus fuit a d mesticis tumultibus. Nam omnes seditiones, quae post

ıotae sunt, quantum nos judicare possumus, non tam
›atebant quam priores: etiam Immonis seditio duobus
annis facta, si vires et periculum respicis, cum Rage-
tumultu non potest conferri. Attamen, si historiam
ramus, haec multo gravior est et multo magis res muta-
rum ex ea posteriores Lotharingiae superioris duces ini-
capiant, cumque ea permotus Bruno illam, quae dicitur
io Lotharingiae, institutionem faceret. In hac re dijudi-
a homines docti. Brunonis ducatus ratione non recte
ita, rati eum civilem potestatem ad tempus quoddam
ım suscepisse, censuerunt Brunonem hanc potestatem a
ransferentem ad duos comites Lothringenses, in duas
es divisisse, quamquam ipse nomine summum totius Lo-
ngiae imperium retineret. Sed priusquam hoc ipsum
abimus, rem ex qua illam opinionem docti viri hauserunt,
ue caussam consideremus.

n imperio enim Francorum occidentalium, quamquam
o semper ad illud animum attenderat et in discordiis
ionibusque auxilio fuerat, rerum perturbatio, diuturnis
Lotharium regem et Hugonis ducis filios, ejus propin-
discordiis et exorta et aucta, tanta erat, ut Lothario,
mnia amitteret, celerrimum et certissimum auxilium opus
. Quam ob rem Lotharius et Gerberga, praecipue quod
ertus comes Trecensis Divionem urbem occupaverat,
ium petiverunt a Brunone (959), qui jure suo putavit,
potentia et auctoritate regis conjunctam esse securitatem
provinciae et auctoritatem Germanorum.

Brunoni autem periculosum fuisse, hoc tempore e ducatu
dere, cognoscitur ex Flod. 959: „Lotharienses a duce
desciscunt, suadente quodam Immone, qui ejus pridem
iliarius exstiterat et ab eo nuper recesserat; propter op-
quaedam ipsorum novitia, quae idem dux everti prae-
bat, aliaque onera ipsis insueta, quae illis imponere velle
›atur.“ Nam crebrae in Francogalliam expeditiones onus
us molestissimum fuerunt; praeterea coercendi erant

nobiles, ne Brunone absente seditiones facerent. Haec fui videtur caussa, cur Bruno ut castella delerentur imperan Qua re indignatos Lotharienses Immo ad defectionem so citare conatus est. Hic Immo non est ille Emmo de Lon ap. Flod. 976, quod voluerunt Pertz eumque secutus Pie (nam is vocatur miles regis Francogallorum): sed Giselbe ducis amicus fortissimus et prudentissimus, cujus maxi opera ille subjectus erat. Wid. II, 23. 27. 28. De quo selbertus dicit cap. 23: „Immone mecum sentiente, omn Lotharios facile captos tenui; modo ipsum solum cum om bus Lothariis capere nequeo.“ Posteriore tempore Bru eum videtur, praeterea quod praeditus erat maxima astut et conditiones, mores, consuetudines terrae optime nover sibi adjunxisse, ut consiliis ejus uteretur. Quid caussae fuerit ut descisceret, non notum est. Id autem constat, Br nonem seditione, quam moverat Immo, eo tempore in pr vincia retentum esse, quo maxime necesse erat finitimo succu reret. Attamen constituit cognatis auxilium ferre; sed ne duc tum prorsus negligeret, Lothariensibus in conventum voca Fridericum comitem Barensem *vicarium praeposuit.* Ni aliud enim dicitur his verbis Flod. 959: „quibus postmodu evocatis, Fridericum quendam comitem eis *vice sua* praefeci Bruno igitur illi mandavit, ut, quamdiu ipse abesset, su partes defenderet et rerum ordinem conservaret.[3])

Fridericus ortus erat a familia potentissima Lotharingi inter cujus majores fuisse Ludovicus Pius ferebatur; fratr habuit Adalberonem I. episcopum Mettensem; patrem o nes censent fuisse Wigericum comitem in pago Bedensi palatii Rhenensis. Dipll. ap. Beyer I, 218. 222. cf. Wen hessische Landesgeschichte III, 170. Kremer, genealogisc Geschichte des ardennischen Hauses. §§ IX. X. Crollius,

[3]) De seditione longius procedente, et quo modo et quo tempore finita ex eis quae dispersa leguntur apud Flod., nihil clari intelligitur: hoc un certe scimus, a. 960 indutias factas esse. Flod. 960.

erte Reihe der Pfalzgrafen von Aachen p. 91—94[4]). Ipse ericus, postquam jam anno 951 Beatricem, Hugonis nciae ducis filiam, sibi despondit, eam in matrimonium it a. 954 (Flod. 951. 954). Plerasque possessiones ha- in Lotharingia superiore, ubi haud procul a Baris ad im finem regni Francogallorum arcem aedificaverat (Flod.). Ab hoc videtur totum genus, quod postea Lotharingiae erioris ducum titulo afficiebatur, nomen duxisse. Possi- at praeter alia urbes Monplonne, Brilon, Longeville, noy, Nais, Courcelles, Basincourt, Malberch. Widr. vit. Gerard. ep. 21. Mon. SS. IV, 503. Fuit quoque advocatus atiae St. Michaelis (hodie St. Mihiel in Moyenmoutier). t. episc. Tull. 33. Mon. SS. VIII, 641.

Id autem munus, quod Friderico duci ab a. 959 admi- randum erat, facillime cum eo Hermanni ducis in Saxonia nparaverim, cui rex, priusquam in Italiam profectus est, em modo „vices suas“ commendasse dicitur. Adam II, 9. Steindorff, ducatus Billingorum p. 17. Itaque ceteris haringiae nobilibus non praefectus fuit, sed quasi primus t inter pares, et quotiens justus dux aberat, ejus partes cepit. Qua re fit, ut sequentibus annis tam pauca vel us nihil de eo audiamus, cum Bruno non tam saepe ac quam rex a Saxonia, a Lotharingia abesset.

Ad hunc modum potestatis Friderici ducatus reducendus nam primum ipsa Flodoardi verba: „vice sua“ obstant, minus propriam ducis potestatem aut juxta Brunonem sub Brunone ponamus; tum huic sententiae id contrarium quod nihil nobis traditur, quod suo arbitrio in provincia erit; praeterea nemo intelligit, qua re perductus Bruno via jura deposuerit. Huc accedit, quod hic quasi subdu- is, quem ad hoc tempus omnes dicunt Friderici fuisse, si ra- em contemplamur, mea quidem sententia nullo modo potest

---

[4]) Documenta, quae ad hanc familiam spectant, non omnia mihi ad manus e doleo.

cogitari. Potest enim ejusmodi institutio cogitari in rebus sa
non in publicis. Nam Bruno si illi omnia jura ducis permisit,
potuit illo invito rationem ab eo postulare; sin partem
tum honorum illi tribuit, quae jura tum sibi ipsi reserva
Profecto hac re non alienum auxilium sibi adjunxisset,
suam potentiam minuisset, neque hostes debilitasset,
commodo maximo affecisset. Huic opinioni contrarius
videtur unus tantum locus; nimirum subscriptio Frideri
dipl. d. d. 17. Apr. 963 ap. Beyer I, 271: „S. Frid
Luthariensium ducis, cujus consensu et collaudatione c
istud totum peractum est.“ Nam haec verba mihi obs
videntur, cum magnum Friderico momentum et auctorit
tribuant. Sed tamen, si illud documentum diligentius
spexerimus, inveniemus, non Friderico, sed Brunoni s
mam auctoritatem in rebus publicis tribui. Sigefridus e
comes, cum velit Lucelinburg castello, quod est abbatiae
Maximini, permutare possessionem quandam, quae est
in Ardennibus, primum, quamquam monasterium non in
vincia Brunonis sed Trevirensis archiepiscopi situm est, I
nonem adit, „fratrem videlicet imperatoris, qui tunc (id
cum imperator in Italia esset) principatum totius regni
ipsum tenebat;“ et demum „*impetrata licentia ab eo*“ cc
quitur cum abbate St. Maximini, qui satisfacit illius volun
Documentum de hac re factum primus subscripsit Br
„qui hoc concambium *legaliter fieri jussit*;“ tum sequu
signa Henrici Trevirensis archiepiscopi, „qui consilio is
rei per omnia interfuit,“ et eorum, qui illud monaster
inhabitabant; tum demum sequitur subscriptio Fride
quae prima est omnium testium non clericorum. His or
bus consideratis mihi non dubium est, quin summa auctor
in rebus civilibus hic fuerit Brunonis. Illa autem verba „c
consensu“ etc. facile possunt intelligi, si consideran
Fridericum, Sigefridi fratrem, qui potentia et honore
amplissimus inter fratres et fortasse, si ex ordine nomi
in documento ap. Beyer I, 241 concludere licet, maxi

ı, quasi patronum familiae fuisse, ita ut ipse quoque ad
m permutationem arcesseretur, et assentiretur necesse esset,
madmodum etiam monachorum assensione opus fuit:
bis „cujus consensu et collaudatione" respondent verba
nsentiente monachorum congregatione." Omnium, quae
dem nobis nota sunt, Lothringensium documentorum hoc
ɔ, quod ad res privatas pertinet, talis Friderici auctoritas
batur. Fridericum quidem fratrem Sigefridi fuisse non
ıressis verbis dicitur; sed ne Giselbertum quidem, comi-
ı in pago Ardennium, fratrem Sigefridi, neque Godo-
dum comitem nepotem illorum fuisse indicatur. Itaque
subscriptione non confirmatur, Fridericum re vera fuisse
:em.

Quod si rectum est, simul hoc negatur, illum a Brunone
:em *superioris* Lotharingiae factum esse, praesertim cum
omnibus illius temporis, qui soli nobis respiciendi sunt,
tibus non dicatur dux Lotharingiae superioris, sed modo
vel dux Lotharingiae, ut in documentis d. d. 3. Jun. 960
Leibnitz, ann. imp. III, 43. Stumpf 272: „Fridericus
." d. d. 17. Apr. 963 ap. Beyer I, 271: „S. Friederici
:hariensium ducis." d. d. 2. Jan. 965 ap. Martene, coll.
, 55: „S. Friderici ducis." Mirum est quod eum Flodoard
nomine non appellat; nam verba ad a. 960: „coram Fride-
Lothariensium duce" in optimo codice non leguntur. cf.
on. S. Michael. in pag. Virdun. 7. ed. Tross. p. 10, qui
er scriptus est altera parte saeculi XI: „praepotens dux
haringiae." Constant. vit. Adalb. II. 1. Mon. SS. IV, 659
ninat eum ducem „Galliae medianae", et ejus filium cap. 18:
ux eorum qui *cis citraque Mosam Mosellamque* resident,"
est, ni fallor, dux *omnium* Lotharingorum. Demum po-
riorum saeculorum annalistae tribuunt illi *superiorem*
haringiam. Chron. Alber. 987: „dux Mosellanorum id est
ıceji." (cf. Wilmans ap. Pertz, Archiv X, 195 seqq.). Ego
ius credo, tempore Brunonis duos ducatus, Lotharingiam
eriorem et inferiorem, penitus non secretos fuisse, sed hoc

discrimen paullatim exortum esse, praesertim cum pos tempore Ottonis II. a. 977 res ita se haberent, ut Karolo, re Francorum fratri, Lotharingiae pars ducatus tradenda esse Tum Fridericus, qui usque ad hoc tempus nomine esset totius Lotharingiae, eam partem solam potentiae suae ser vit, in qua ejus fuit potentia domestica. Erat non nisi in superiore Lotharingia. Veresimile est, ei ducatum non Karolo Lotharingia inferior, re vera assignatum esse, sed post mortem quidem Brunonis) paullatim, id quod scimus Bilingis, illius jura aucta et justi ducis facta esse. Nam e sub regno Ottonum II et III re vera ducem fuisse, non po negari et cognoscitur satis e statu, quem post illius mor Beatrix conjux et Theodericus filius tenuerunt (cf. locos e Gerberti a Wilmansio. Jahrbb. II, 2, 22 seqq. collectos; Adalbold. vit. Heinr. II. 5. 19. Mon. SS. IV, 684 seq. 6

Titulus autem ducis non repugnat meae sententiae, c haec vox illo tempore nondum satis definita esset, de qu iterum te moneo Hermanni in Saxonia ducis. Ceterum Fri ricus hunc titulum jam multo ante, quam Bruno archiepis pus factus est, sibi assumpsit, quod cognoscitur e dipl. d 17. Sept. 950 ap. Calmet, hist. de Lorraine I, preuv. 357

VII.

Supersedi adhuc Godofredum ducem, cui homines d putaverunt inferiorem Lotharingiam tribuendam esse, q omnia, quae mihi de eo dicenda sunt, volui complecti. statim dicam, quid sentiam, nego Lotharingiam a. 959 a B none in duas provincias divisam esse.

Giesebrecht, Kaiserzeit I, 403 res ita describit, ut fi documento d. d. 31. Oct. 953, ubi nihil aliud, nisi no „Godofredi ducis" legitur, dicat: „Jenem Gotfried, den (Brun) das Erzbisthum hauptsächlich zu verdanken hatte pag. 10), ordnete er sich zur Verwaltung der weltlichen

---

[5]) Cf. Giesebrecht. Jahrbb. II, 1, 38.

:häfte des Herzogthums bei, wie dieser denn auch fortan en herzoglichen Namen führte, ohne jedoch die volle, dem ntsprechende Macht zu bekleiden.“ Quod autem ad a. 959 la verba Flod. habemus, scribit Giesebrecht p. 432 seq.: Aber der Aufstand (Immos) wurde glücklich unterdrückt, nd darauf die Ausübung der herzoglichen Rechte im oberen othringen dem Grafen Friedrich übertragen ... Friedrich bte fortan in gleicher Weise, wie Gotfried, dessen Gechäftskreis wohl erst jetzt auf das untere Lothringen bechränkt wurde, unter Bruns Aufsicht die herzogliche Gealt, und führte gleich jenem den herzoglichen Namen.“ uos autem duces ab Brunone ita dependisse putat, ut piscopos ab archiepiscopo. Mihi fatendum est, me non inelligere, quomodo aliquid ejusmodi in rebus civilibus fieri otuerit.

Praeterea autem illud documentum, quod supra dixi, d.d. 1 Oct. 953 ap Martene coll. VII, 47 sine dubio corruptum st. Nam si discedimus a mendio usitatissimi initii, quod os non nisi ex copia mala factum putare potuerimus, supicionem movet totus exitus cum testium subscriptionibus.) quamquam in fine leguntur verba „manus nostrae tractu ignavimus“, tamen non invenitur signum Brunonis. 2) tetium subscriptiones ita fiunt: „signum Werinmundi, Titgeri, orberti, Reginardi et ceterorum! signum Warneri comitis, eginardi, Gevardi et Richarii et multorum! Cum autem hoc ocumentum inveniatur apud Martenium inter monumenta tabulensia et ad hoc monasterium pertineat, videtur seundum archetypum expressum esse. 3) quod maximi moenti est, in nullo documento illius aetatis tempus ita indicatur t in nostro verbis „Godofredo duce“. Illa igitur verba, e uibus concluditur Godofredum ante a. 959 ducem fuisse, rorsus falsa habenda sunt.

Praeterea Godofredus dux nominatur tribus tantum locis, bi simul ejus in Italia mors commemoratur a. 964, qua re ihil aliud potest conjici, nisi eum in Italia ducem Lothrin-

gensium copiarum fuisse, quod Ruotger expressis verbis testatur cap. 41: „auxiliares copias non levem armaturam de Lothariorum populo misit. His praefuit Godefridus dux." Tum ejus mentio fit Cont. Reg. 964: „mortuus Godefridus dux Lothariensis", et Ann. Hildesh. Quedlinb. 963. Mon. SS. III, 60: „seva mortalitas invasit exercitum imperatoris et in ea . . . . et dux Godefridus vitam perdiderunt." (Ex iis Thietm. II, 22).

Utrum ex locis, quos dixi, jure Giesebrecht aliique graves illas et maximi momenti res hauserint, an non, omnes possunt dijudicare. Et profecto qui factum esset, ut Bruno Godofredo a. 964 mortuo non alii viro ducatum traderet? Si autem facimus, eum ipsum illius ducatum administrasse — cur non post Brunonis mortem alius ducatu donatus est? cur demum a. 977 Lotharingiae inferioris *tantum pars* Karolo ducatus tributa est? Ut denique omnia breviter complectar, quae mea dissertatione me docuisse puto:

1) Bruno a. 959 comitem sive ducem Fridericum nominavit *vicarium*, eumque *totius* Lotharingiae.

2) dux Lotharingiae inferioris tempore Brunonis nondum fuit, sed demum ab a. 977. Godofredus comes non fuit praeditus iisdem juribus, quibus Fridericus.

3) discrimen inter Lotharingiam inferiorem et superiorem tempore Brunonis omnino non fuit, sed paullatim posteriore tempore factum est.

Quis autem fuit ille Godofredus? Hoc non dubium est, quin non fuerit homo ignobilis, cum sola ex ea re, quod a Brunone educatus aut eruditus est (Ruotg. 41: „quem ipse nutrivit") possit concludi, illum nobili loco natum esse.

Deinde in documentis aa. 959–964 commemoratur Godofredus quidam, qui est comes in pagis: Bedagau (1. Nov. 959. Beyer I, 265), Nithagau (8. Apr. 960. Beyer I, 266), Gillgau (25. Dec. 962. Lacomblet I, 61), Methingau (17. Apr. 963. Beyer I, 271): ut fines ejus complectantur totam terram, quae sita est circa partem Mosellae fluminis mediam. Praeterea scimus documento d. d. 18. Maj. 963 ap. Beyer I,

72, Gozlino sive Godofredo, fratri Friderici ducis (Beyer I, 41. Vit. Joh. Gorz. 99. 113; mortuus ante a. 943. Beyer c.), filium fuisse Godofredum. Hunc autem illum esse, uem supra dixi, comitem Mosellanum, inde colligere possuius, quod in iisdem regionibus siti sunt pagi et ejus, et Wierici, qui pater fuit illius Gozlini; nam Wigericus quoque omes in pago Bedensi fuit.

Porro equidem credo, hunc comitem Mosellanum, nepotem Vigerici, filium Gozlini, esse nostrum ducem Godofredum, um, si hoc sumimus, ejus dignitas, titulus, et illud quod Ruotger de eo narrat, nihil jam miri habeat. Tum igitur Godoredus esset nepos Friderici ducis et propinquus Brunonis.

Crediderunt adhuc homines docti, illum comitem Mosellanum et Godofredum comitem, qui exeunte eo saeculo vixit t a. 974 partem possessionum Hainnoensium accepit, a quo rti sunt posteriores Gozelones et Godofredi Lotharingiae iferioris duces, esse eundem virum. Haec opinio falsa mihi ropterea videtur, quod omni tempore 963–974 nusquam ommemoratur. Et cum mortuus esse dicatur a. 1023 (Ann. losomag. 1023. Mon. SS. III, 161), necesse est senectutem on minus quam nonaginta annorum assecutus sit, si pater uit is Gozlinus, qui ante a. 943 mortuus est. Ego potius uto, illum hujus Gozlini nepotem et filium nostri Godofredi losellani comitis et ducis, mortui a. 964, fuisse. Hoc modo antum recta essent, quae traduntur, hunc Godofredum († 964) uctorem fuisse familiae ducum Lotharingiae inferioris. Quae i vera sunt, stemma gentile hoc est:

Rorico.[1]
uxor: Ansdruda.

1) **Wigericus.**[2]
comes palatinus; comes in pagis Bedensi, Treverensi, all. uxor: Cunegunda.

2) **Fridericus.**[3]
abb. St. Huberti. † 942.

Children of Wigericus:

1) **Gozlinus.**[4]
uxor Uda.
† ante 943.

2) **Fridericus.**[4]
dux Lothariensis. uxor Beatrix, Hugonis Franciae ducis filia, inde ab 954. † post 984.

3) **Giselbert.**[4]
comes in pago Ardenn.

4) **Sigebert.**[4]
comes de Lucelinburg.

5) **Adalbero I.**[5]
episcopus Mettensis. 929—962.

6) **Liutgarda.**[6]
conjuges: 1) Albert. 2) Eberhard.

Children of Gozlinus:

1) **Henricus.**[7]

2) **Reginherus.**[7]

3) **Godofredus.**[7]
comes in pagis Bedensi, etc. etc.
† 964.

4) **Adalbero.**[7]
archiepiscopus Remensis.
969—988.

Son of Godofredus:

Godofredus I.[10]
comes Virdunensis, dux Lotharing. infer. † 1023.

Children of Fridericus:

1) **Theodericus I.**[8]
dux Lotharingiae superioris.
† 1024.

2) **Adalbero II.**[9]
episcopus Mettensis.
984—1005.

Children of Theodericus I:

1) **Fridericus.**
dux Lotharing. super. † 1032.

2) **Adalbero III.**
episcopus Mettensis.
1046—1072.

---

1) Beyer I, 217: „S. Treverensis ecclesiae vasallus in pago Nedinse.“ pag. 224: „scabinus palatii.“
2) Beyer I, 218.
3) Vit. Joh. Gorz. 55.
4) Beyer I, 241.
5) Flod. 951. 954. Vit. Adalb. II. 1. SS. IV, 659.
6) Beyer I, 266.
7) Beyer I, 272.
8) Chron. S. Michael. 9. ed. Tross. p. 12.
9) Vit. Adalb. II. 1.
10) Ann. Mosomag. 1023. SS. III, 161.

VITA.

Natus sum Ernestus Meyer Sundiae die XIII. mensis Novembris anni h. s. XLIII. patre Theodoro, matre Emilia e gente Utz. Fidei addictus sum evangelicae.

Litterarum primordiis imbutus IX annos natus patriae urbis gymnasium adii, quod tum florebat Nizzio directore. Ubi XI annos commoratus multorumque praeceptorum egregiorum praeclara disciplina usus auctumno h. s. LXIII. testimonium maturitatis adeptus sum. Tum Jenam me contuli ibique prorectore magnifico Carolo Haase civibus academicis adscriptus sum. Per tria hic semestria scholas audivi vir. ill. K. Fischer, Ad. Schmidt, Schleicher, Goettling, Nipperdey, Haase, Gaedechens, Simson, Caro. Deinde Gryphiswaldiam profectus per annum et dimidium scholis interfui vir. ill. George, Usinger, Hoefer, Schoemann, Schmitz, Hanne, Hirsch; praeterea seminarii historici exercitationibus per haec tria semestria, per duo sodalis ordinarius.

Illis autem viris omnibus optime de me meritis, inprimis Usingero viro clarissimo, gratias ago quam possum maximas.

THESES.

I.

Lycurgi leges exeunte nono a. Chr. saeculo datae sunt

II.

Regia dignitas apud Germanos ex ducatu prodiit.

III.

Regnum Germanicum electicium fuit.

IV.

Guelfi usque ad a. 1235 non fuerunt principes imperii

V.

Fredericus II, Borussorum rex, auctor fuit consilii Poloniae dividendae.